cia, Minorennitate Successione, legatione intra vel extra Regnum, Servitio Mi-
litari, ad Munimenta ad Evictorem, vel alijs quibusvis dillationibus et legalibus
impedimentis non differendo, ad quietationem ultra praefixos Termi:
nos officij Officii Castrensis Premisliensis dillationem sibi non recipiendo,
nullasque motionum appellationum ac earum prosequutiones faciendo, nec praemissa
omnia poenis simplicibus vel tricatis, evasionis suspensionis, fatalitatibus,
Suspensione Termini, bello convocationeque, vel alijs quibusvis iuris remedijs
et defensis non subterfugiendo, imo ijsdem abrenunciando. Sua sua
praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Czerniecczy Camerario Actorum Terrium Præmislien. cedunt.

Comparentes personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capi:
tanealibus Premisliensibus Nobiles Stanislaus et Paulus Czerniecczy, Nobilis
olim Joannis Czerniecki filii Fratres germani, Sani Mentibus
et Corporibus existentes, a Terris Districtibus, iuribusque iurisdictionibus sub quibus
nis proprijs et Competentibus recedendo, praesenti vero iurisdictioni Castrensi Capi:
tanealis Premisliensis se cum Successoribus ac bonis suis quibusvis omnibus totaliter
et plenarie incorporando atque subijciendo, palam, libere, publice
ac expresse recognoverunt, et quilibet illorum seorsim suo inter:
esse recognovit. Quia ipsi de intercisa certa inter Generosum
olim Joannem Czerniecki et se recognoscentes ab una, atque Nobi:
lem Joannem Krasnicki et Zophiam Czerniecka Coniuges par:
te ab altera parte contractum et Conditionis in eadem expressatum
de Actu et data illius in villa Wyssowoywysoczkie Domo Generosi
Iuni Wyssoczanski die Sexta Mensis Aprilis in Anno proxime Pre:
terito Millesimo Sexcentesimo Vigesimo quarto confectam Manibus
Joannis et Stanislai Czerniecskich atque Krasnicki subscripta, et
sigillis obsignata atque Actis Castrensibus Leopoliensibus roborata, Eadem
Septem Millium florenorum Polonicalium firmata. Hi et de ipsa in:
scriptione roborationis Castrensis Leopoliensis praemissa sufficienter pro
in genere obloquente. Cum omni praemissorum iure dominio et proprietate,

cunctis et singulis interessis iuribus eiusque Inscriptionis Roboratae Conditionibus, punctis,
clausulis, articulis, vadio ligamentibus ac nexibus quibusvis universis
Nihil ex praemissis iuris Dominij et proprietatis ac cuiusvis Compe:
tentiis et prerogativis pro se recognoscentibus suisque Successoribus aut alio
quopiam reservantes et excipientes. Sed id totum quantum pro interesse
pro recognoscentibus praemissis omnibus spectabant et eosdem concerne:
bat, atque serviebat. Jam ex nunc et de facto Generoso Joan:
ni Brzecki Camerario Actorum Terrium Premisliensium eiusque posteris,
Conegra pro praemissis omnibus plenaria et sufficienti satisfactione cesserunt
et condescenderunt, prout praesentes cedunt et condescendunt. Jus
et integrum suum ius, sibi ad praemissa serviens, in personam eius
Generosi Cessionarii sui et eius posterorum totaliter et plenarie trans:
tulerunt transfuderunt, et incorporaverunt, prout praesentes
transferunt transfundunt, et incorporant perpetuis temporibus. Dantes
ipsi Cessionario suo et eius posteris hoc idem ius cessum tenendi.
et in casu contraventionis in aliquo praedictos Krasnicki Coniuges
cum eis iure agendi, processus inchoandi, et inchoatos ad debitam
Executionem finem deducendi, ac etiam post factam sibi in
praemissis satisfactionem quietandi, aliaque omnia pro velle et negotijs prae:
sentibus exigentia prosequendi et exequendi, vigore praesentis iuris
Originalibus praemissa omnia latius Complectentibus, et praesentis Inscriptionis
transfusionis et Condescensionis.

Cieszanowskie Przedwoienskiemu Castellano Lubacovien. obligant

Comparentes personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capi:
tanealibus Premisliensibus Generosi Stanislaus et Franciscus Cieszanowsczy a Ciessa:
now olim Generosi Jacobi Cieszanowski filii bonorum villae Rudow:
ka haeredes, Sani Mentibus et Corporibus existentes a Terris Districtibus
iuribusque iurisdictionibus sub quibus proprijs et Competentibus recedendo, praesenti vero Ca: